



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Francisci Baconi Baronis de Verulamio, Vice-Comitis S.
Albani, Summi Angliæ Cancellarii, Opera omnia, Quæ
extant: Philosophica, Moralia, Politica, Historica ...**

Bacon, Francis

Francofvrti ad Moenvm, 1665

Vita Francisci Baconi, Baronis De Verulamio, Vicecomitis Sancti Albani,
Auctoris Nobilissimi.

urn:nbn:de:bvb:12-bsb10497643-5

FRANCISCI BACONI,
BARONIS DE VERULAMIO, VICE-
COMITIS SANCTI ALBANI, AUCTO-
RIS NOBILISSIMI.

FRANCISCUS BACONUS, Seculi & gentis suae decus, ornator & orna-
mentum literarum, natus est in Palatio Eboracensi, infra plateam dictam le Strand,
juxta Londinum, 22. Januarij, Anno Salutis Humanæ MDLX. Patrem habuit
illustrem illum Elisabethæ Reginæ Consiliarium, Regni ejus, (dum ipse vixit)
columnalterum, *Dominum Nicolaum Baconum*, Equitem Auratum, Magni Sigilli
Angliæ Custodem, Heroem perspectæ Prædentæ, judicij, moderationis & integri-
tatis; Matrem, *Annam Cocam*, Antonij Coci, Equitis iidem Aurati (qui eruditioni
Eduardi Sexti Angliæ Regis præfuit) è filiabus unam, feminam lectissimam, tam Pie-
tate & Virtute, quam doctrina præpollentem, nec non *Græca & Romana lingua* perita
non mediocriter pro sexu muliebri imbutam. His ortus Parentibus, in qualem evasurus
esset, etiam tum facile conjicere liceat, cui nulla, vel à *Natura* vel ab *Educatione* ad-
jumenta defuere. Annos *Pueritiæ* ceteros non sine eximii præcellentis speciminibus
translegit, qua ætate ea indole & ingenij acumine præditus fuit, ut spem magnam injece-
runt profundæ illius & universalis Apprehensionis, qua postea inclaruit & in notitiam
Procerum complurium, aliorumque tam dignitate quam officiis eminentium Vitorum
induxerint. Ante omnes autem Reginæ ipsius (ut à fide dignis relatum) cum eo col-
loqui & questionibus difficilioribus tentare, sæpiusculè volupe fuit: Ille autem tan-
ta gravitate & judicij maturitate, supra ætatem se expedire valebat, ut *Regina eum Do-*
minum Custodem sigilli minore appellare solita sit. Interroganti, *Quot annos natus esset?*
Ingeniosè, etiam puer adhuc respondit: *Se regimine ejus felici duobus annis juniorem fuisse.*
Ætate *Academica* literaturæ, pro more idonea, vel potius paulo maturius, in album Col-
legij Sanctæ & Individuæ Trinitatis Cantabrigiæ Patris jussu relatus est, sub tutela Re-
verendissimi Viri Dn. Joannis Whiggesti, Sactæ Theologiæ Doctoris, eo tempore
Collegij illius Præfecti, postea autem percelebris Archi-Episcopi Cantuariensis, Præ-
sulis Magnitudinis primæ, Sanctitatis, Doctrinæ, Patientiæ & Humilitatis fulgentissimi,
sub quo in Artibus & studiis liberalibus, præ aliis coætanis suis, mirifice profecisse
deprehensus est. Dum adhuc in Academia studiis incubuit, tantum non sedecim annos
ætatis nato, *Philosophia Aristotelica* primùm insipida visa fuit, non propter vilipendi-
um Auctoris, quem summis semper laudibus evehere in more habuit, sed propter in-
efficacitatem viæ; ejusmodi nimirum cum esset hæc Philosophia, quæ ad Disputationes
& Contentiones solum nata, ad productionem autem Operum, quæ vitæ humanæ Com-
moda essent, ætatis omnino fuerit: In qua mente ad extremum usque spiritum per-
stitit.

Postquam *Artium liberalium Encyclopediam* emensus fuerat, operæ pretium Patri
visum est, eum ad *Artes Politicas* applicare; Cujus rei gratia, in Galliam in comitatu
Amicij Porvuletis, Equestris Dignitatis Viri, ad Regem Galliæ eo tempore Legati ordinarij
designati, mittendum curavit, à quo non multo post idoneus habitus est, qui in Angliam
ad nuntium Reginæ perferendum remitteretur. Quo quidem negotio perfunctus, non
sine gratis à Regina redditis, in Galliam secundo remeavit, eo consilio, ut non nisi
post annos aliquot exactos Angliam repeteret. Dum in Galliis peregrinatus est, Pater ejus
Custos magni sigilli, diem suum obiit, relicta satis ampla nummorum vi, ad id congesta,
ut latitundia aliqua in usum hujusce filij sui natu-minimi coëmeret & compararet, qui
solum sine patrimonio post obitum Patris remansit, & quamvis in bonis paternis, in affe-
ctu tamen paterno, non infimum locum tenuit. Verùm cum ejusmodi terrarum coëm-
ptio, superstitè adhuc Patre designata tantum & non impleta fuerit, non plus ei cessit,
quam pro rata pecuniæ inter quinque fratres distribuendæ. Quod in causa fuit, ut fortuna
aliquantulum dura ætate juniore usus sit. Neque enim præclarum illud & amœnum præ-
dium Gorhamburiente, nisi multis postea annis adeptus est, per mortem scilicet charissi-
mi fratris sui germani, *Antonij Baconi*, magni nominis viri & in aulis Principum extero-
rum versutissimi, celsitudine quidem ingenij patris, sed in Artium Liberalium scientia fra-
tri concedentis, inter quos magna necessitudo intervenerat, siquidem, qui præter ean-
dem paternam originem, unius matris nexu archius conjungerentur.

Reverto è Galliis de genere vitæ Itatuendum fuit. Itaque Juri Angliæ Municipali
studio & professioni se addidit. In qua Sparta ornanda, eximios brevi progressus fecit, licet

Locus Nati-
vitat. Die Annus.

Pater Nicolaus
Baconus.

Mater Anna
Coca.
Græca & Ro-
mana lingua
perita.
Pueritia.

Judicij matu-
ritas.

Initia studio-
rum Academi-
corum.

Johannes VVhit-
gestus Baconi
Informator.
Hujus lauder.

Philosophia A-
ristotelica Ba-
cono primùm
insipida.
Eius causa.

Baconi studia
Politica.

Amicij
Porvuletus.

Mittitur
in Galliam.

Remittitur in
Angliam.

Redit in Galliã,
Interim mori-
tur Pater.

Patri præ aliis
charus fuit.

Fortuna post
mortem Patris

usus est dura,
sed morte fra-
tris benigniori.

Antonius Ba-
conus frater
Francisci.

EGallus rever-
sus iuri Angliæ
Municipali se
addidit.

AVCTORIS VITA.

(quæ ipsius verba sunt) peritiam illam, tanquam accessoriam, sive subsidiariam, non tanquam principalem amplexus sit. Varios Tractatus circa hoc Argumentum, à principio emisit. In quibus, quamvis ab aliquibus Professionis illius Coryphæis mole & casuum numero forte superaretur, pondere tamen & fundamentorum ac mysteriorum Juris scientia, nemini celsit. Nondum tyrocinium in lege egressus, à Regina in Consilium suum doctum extraordinarium adscitus est, gratiam (ut ajunt) vix cuiquam antea delatam. Sedem sibi delegit studiis suis & officio Advocati commodam inter honorabilem Societatem hospitij Gnejenfis: In cujus societatis numerum sese adscripsit, ubi elegans illud ædificium sive structuram erexit, quæ hodie Baronis Baconi nomine innotescit, quam per vices maximam partem vitæ (paucis solummodo annis exceptis) usq; in diem mortis incoluit. In illa societate ea demum suavitate, comitate & animi generositate usus est, ut magnum exinde amorem & reverentiam ab hospitij illius senioribus & alumnis sibi conciliaverit.

Ejus scientia nemini celsit. A Regina in consilium doctum extraordinarium adscitus.

Societati Gnejenfi se adscribit.

In illa omnibus est gratus.

In artes Politicas & officia status magis propensus.

Comiti Essexie studere, se adscripsit, cui tanquam intimus & fidelissimus Consultor.

Quamvis autem Legiæ Consultorum Professioni pro vitæ & convictus sui exigentia attractus esset, animo tamen & affectu Artes Politicas & officia status magis propendebat, quibus sanè, si Majestati Augustæ tunc placuisset, cum primis habilis fuit. Ætate adhuc integra, in numerum eorum qui rebus Nobilis illius, sed Infelicitis Herois tot omnibus viribus inservit, & in id incubuit, ut tuta tantum & honorifici monita animo ejus instillaret, donec ad extremum, Comes ille, temeratorum quorundam & furiosorum hominum consiliis aures præbens, in exitium se præcipitaverit.

Facilis Baconi accessus ad Aulam Principis.

Exiguo tamen commodo.

Ob amulationem cuiusdam à proceribus.

Natalibus atque ingenuis animi sui dotibus hoc debuit, ut facilior ei & liberior ante reliquos Professionis ejusdem aditus pateret ad Aulam Principis, adeoque in conspectum Regiæ ipsius, quæ sermones cum eo seorsim & summa cum facilitate miscere (quoties commodum erat) aspernata non est, non solum circa Professionis ejus res & materias juridicas, sed etiam circa ardua negotia status Regni, cujus responsis de tempore in tempus, libentissimè acquievit. Veruntamen quamvis benignitate vultus sui eum abundè refocillaverit, nunquam tamen refocillavit benignitate manus, utpote quæ ad nullum publicum munus sive honoris, sive emolumentum, eundem promoverit, dempta una Reversione sicca Officii Registrarij in Camera stellata, annui ut putabatur valoris mille & sexcentarum librarum, in cujus possessionem non ante annos viginti aut circiter devenit. De quo officio Elisabethæ tempore festivè dixit: *Illud sibi esse instar fundi alieni adibus suis adjacentis, qui prospectum meliorare, horreum autem ejus replere non possit.* Verum regnante Jacobo, illo tandem officio potitus est & per Deputatum administravit. Hoc autem nullo modo tribuendum malevolis aut Insenso in eum Regiæ ipsius animo, sed artibus & æmulationi cujusdam è proceribus ea tempestate apud Reginam potentis, qui eum omnibus modis deprimeret & coercere sedulo curavit, ne si ad fastigium aliquod attolleretur, propria per eum gloria obfuscaretur.

Jacobo rerum posito honoribus & muniis cobonestatur. Ejus Officia.

Domini Cancellarii Angliæ titulo Baconus solus decoratus Honoris. Dona. Matrimonium Cum Alicia filia Benedicti Barnhami, à qua dotem amplam, Liberos suscepit nullos.

Amor conjugalis.

Quamvis autem tempore Domine suæ Elisabethæ Regiæ retardationem diutinam passus sit, post regiminis tamen mutationem & ingressum Domini sui novi Jacobi Regis, in citato gradu perrexit, à quo fiduciæ, honoris & proventuum muniis eximie cohonestatus est. Vix sunt desuper literæ quædam propria ad Jacobum Regem manu conscriptæ, quibus talem illum fuisse erga se Dominum agnosci, qui repetitis sabinde favoribus novies cumulasset, ter Honoribus, sexies autem Officiis. Officia quæ intelligit (ut putant) hæc erant. *Consilium doctum extraordinarium Regiæ Majestati suæ* (quo loco antea inservit Majestati Regiæ) *Regis sollicitator Generalis, Attornatus Regis Generalis* sive *Procurator Primarius, Cooptatus in sancti Regis Consilium* dum adhuc *Attornatus* locum gessit. *Dominus Custos Magni Sigilli Angliæ*, ultimo *Dominus Cancellarius Angliæ*. Quæ quidem Munera posteriora duo, licet autoritate & potestate eadem sint, diplomatum tamen & favore Principis differunt. A cujus Magistratu successorum nullus *Dominus Cancellarius Angliæ* titulo in hunc usque diem decoratus est. Honores erant, primo *Eques Auratus*, dein *Baro Verulamius*, postremo *Vice-Comes Sancti Albani*; præter alia dona magnifica & manus benignitates, quibus eum dotare Majestati suæ visum fuit, tam ex proventibus Magni sigilli, quam ex Officio Alienationis.

Circa annos magis propitios de Matrimonio contrahendo consilium cepit. Itaque in uxorem duxit *Aliciam*, filiam & hæredem unam *Benedicti Barnhami* Armigeri & *Aldermanni Londinensis*; cum qua dotem satis amplam & lautam, tam in terris, quam in pecuniis numeratis, recepit. Liberos ex ea suscepit nullos, qui quamvis adjumento sint ad nomen nostrum post obitum perpetuandum, illi tamen alia propagine ad nomen suum perpetuandum beari contigit, propagine scilicet Cerebri sui, in qua tempore foelix & mirabilis fuit, instar Jovis ex cujus cerebro Pallas prodiit. Neque vero liberorum defectus ullo pacto amorem ejus erga Nuptam imminuit, quam summa semper dilectione conjugali & Amoris indicia prosecutus est; suppellectilem lautam, monilibus variis & fundis insuper dotavit, addita etiam *Trabea honoraria Maritali*, quam viginti plus minus

AUCTORIS VITA.

minus annos post obitum ejus gestavit. Totidem enim honoratissimo marito superstes fuit.

Quinquennium extremum vitæ suæ à negotiis civilibus & vita activa retractus, studiis & contemplationibus infumfit. Quæ res sane visa est ei maximè cordi fuisse, ac si in umbra potius, quàm in luce commori optasset. Cujus etiam non obscura indicia in operibus ejus perlegendis, reperire licet. Quo temporis spatio, librorum suorum, tam Anglicano, quam Romano sermone conscriptorum, maximam partem exaravit, qui juxta temporum seriem, quo conscripti erant, sic se habuerunt: *Historia Regni Henrici septimi Regis Angliæ* sermone patrio. *Abeedarium Naturæ*, scriptum Metaphysicum, quod, nescio quo malo fato perijt. *Historia Ventorum*. *Historia Vitæ & Mortis*, *Historia Densæ & Raris*, *Historia Gravis & Levis*, quæ itidem perijt. Hi libri stylo Romano sunt elucubrati: dein fragmenta quædam *Anglicana*; quæ fuerunt, *Dissertatio de Bello cum Hispanis gerendo*. *Dialogus de Bello sacro*. *Fabula Nova Atlantidis*, *Præfatio Digesto de Legibus Angliæ prælegenda*. Initium *Historiæ Henrici Octavi Regis Angliæ*. Inter venerat *Opus de Augustinis scientiarum*, in quo è lingua vernacula, proprio Marte in Latinam transferendo, Honoratissimus Auctor plurimum defudavit. & multis subinde ac variis additionibus locupletavit. Postea, *Consilia Civilia & Moralia* (antea *Deliberationes* dictæ) tunc autem & numero & pondere aucta, Idiome Anglicano. *Psalmorum Davidis* nonnulli, in *rhythmos Anglicanos* compositi. Iterum Versio quorundam à scriptis suis de Patrio in sermonem Romanum, quæ fuerunt, *Historia Regni Henrici Septimi Regis Angliæ*: *Consilia Civilia & Moralia*, exinde dicti, *Sermones Fideles*, sive *Interiorum Rerum*. *Dialogus de Bello sacro & Fabula Nova Atlantidis*, in gratiam exterorum, apud quos expeti inaudiverat. Liber de *Sapientia Veterum* recognitus. *Inquisitio de Magnetete*, *Topica Inquisitionis de Luce & Lumine*. Ultimum locum tenuit *Sylva sylvarum*, sive *Historia Naturalis*, opus Anglicum, nunc verò Latinitate donatum. Atque hi fructus fuerunt, qui in umbra annorum quinque memoratorum maturuerunt; libris quos ante quinquennium illud elaboravit, non recitatis. Quin & propositum illi fuit (mandante serenissimo Rege Carolo) *Historiam Henrici Octavi Angliæ Regis* contexitisse, sed opus illud ultra designationem solam non processit, Deo ulteriorem viam celeberrimo Auctori minime largiente. Extat tamen specimen quoddam Historiæ illius, quam paucæ unius diei horulæ matutinae olim parturierunt, inter opera ejus *Miscellanea Anglicæ edita*, per quod ex ungue Leonem dignoscere possis.

Virtutes & animi dotes non minus quàm curriculum vitæ in Heroe isto commemorandi locum sibi vendicant. Facultates illæ, quæ in aliis non infimi ingenij hominibus dissociatas serè & solitarias, in illo conjunctæ & quasi connubio aliquo copulatæ eminebant. Ex fuerant *Ingenij acumen*, *Memoria fida*, *Judicium penetrans & Elocutio proficiens*. Ac de prioribus illis tribus, libri ejus abunde testantur, de quibus (ut de Julio Cæsare Hirtius) quam benè atque emendatè cæteri judicent, quam facile atque celeriter eos præcepserit, ji norunt, quibus cum conversari datum fuit. Sed de quarta, puta *Elocutione* illud effari libet, quod Insignis ille *Gualtherius Raleghus*, vir Equestri dignitate & singularibus Virtutibus ornatus (cujus ut tanti Viri judicio non immerito fidendum) semel disseruit, nimirum *Comitem Sarisburiensem Oratorem bonum fuisse, scriptorem malum; contra Comitem Northaniptoniensem scriptorem bonum fuisse, Oratorem malum, sed Raleghi Dominum Franciscum Baconum in utroque, tam à cecundo quam scribendo præcelluisse*.

Non raro mentem subit cogitatio, Deum, si illum mortalium novissimis his temporibus radio quodam scientiæ Humanæ illuminare dignatus sit, illum proculdubio illuminasse. Quanquam enim sedulo Libros evolverat, ex libris tamen solis scientiam suam decompulsisse, haud quaquam credere licet, sed ex principiis & notionibus quibusdam, intra se accensis, quas nihilominus non temerè, sed eaurè admodum & lentè propalavit. *Opus illud Novi Organus* (cui ipse inter Opera sua primas tribuit) neutiquam sanè cogitatio umbratilis aut cerebri proptii commentum fuit, sed veluti fixa & radicata notio multorum annorum & laboris improbi proles. Proinde in Archivis suis, Autographa, plus minus duodecim, Organi Novi, de anno in annum elaborati & ad incudem revocati & singulis annis ulteriore subinde lima polii & castigati, donec in illud tandem corpus adoleverat, quo in lucem editum fuit; sicut multa ex Animalibus foetus lambere consuecunt, usque quoad membrorum firmitudinem eos perducant.

In libris suis componendis, *Verborum vigorem & perspicuitatem* præcipuè sectabatur, non elegantiam aut concinnitatem sermonis, & inter scribendum aut dictandum, sæpe interrogavit, *Num sensus ejus clarè satis & perspicuè redditus esset?* quippe qui sciret, æquum esse, ut verba famularentur rebus, non res verbis. Et si in stylum forsitan polliorem incidisset (liquidem apud suos Eloquentiæ Anglicanæ Artifex habitus est) id evenit, quia evitare arduum illi erat. Neque verò verborum minutis & allusionibus capiebatur, sed eas semper ex composito & de industria effugit, probè sciens, ejusmodi facultates nihil aliud esse, quàm deviationes & aberrationes à scopo proposito, & gravitati & dignitati styli, non modicum officere & detrahere.

Legendo usque ad satietatem aut tædium, non immorabatur. Quamvis enim multum

AUCTORIS VITA.

tum legerit, idque summo cum iudicio & reiectione omnis scortæ, quæ in scriptori-
Animi relaxa- bus plurimis sese offert, commodam tamen animi relaxationem studiis suis intermi-
tionem studii scuit; veluti *Deambulationem lenem, Vestitionem in rheda, Equitationem*; non citam
immissit. sed lentam, *Globorum lantum, & id genus alia Exercitia.* Neque verò *jastram tem-*
Temporis va- poris ullam fecit: quam primum enim domum redierat, confestim & absque ulla mo-
thram nullam ra *lectioni aut meditationi* renovandæ incubuit: Sicque nullum momentum aut tempo-
fecit. ris segmentum, petiri aut intercidere passus est. *Mensam ejus refectio nem aurium*
Mensa Baconi æquè diceres ac *Ventris*, non absimilem Noctibus illis Atticis aut conviviis Deipno-
refectio aurium sophistatum, in quibus, mente & intellectu refici licebat, non minus quàm cor-
æquè ac Ven- pore. Hinc nonnulli sublimioris ingenij viti, ad pugillares se recepisse professi
tris fuit. sunt, quoties à mensa ejus surrexerint. Convivantium neminem aut alias colloquen-
 tum pudore suffundere gloriæ sibi duxit, sicut nonnulli gestiunt, sed facultates eorum
 qualescunque, fovere & provehere paratus erat. Quin & sermonis licentiam sibi so-
 li corripere, in more non erat, sed & aliis simul confidentibus libertatem & vicissitu-
 dinem loquendi permittere: hoc etiam addendo, quod in Arte unumquemque propria
 lubentissimè audiret & ad ejusmodi Dissertationem pellicere & provocare consueverit.
 Ipse autem nullius Observationes contempsit, sed ad candelam cujuslibet lampada suam
 accendere non erubuit.

Dicta eius *Dicta & pronunciata* ejus, vix unquam in dubium vocata sunt, cumque dif-
quanti estima- ferentem omnes audierunt, nullus se opposuit, ac si Oracula magis, quàm Elo-
ta. quia protulisset. Quod quidem, sive exactæ sententiæ suæ antequam declarasset, ita
 lance Veritatis, Rationis librationi sive estimationi, qua ab omnibus habitus fuit,
 ut nemo contraret, tribuendum censeo. Unde argumentationis genus illud, qua in
 utramque partem disceptatur, Mensa ejus haud novit, aut si aliqua forte interven-
 rit, eadem cum magna submissione & moderatione, agitata fuit. Sæpe observa-
 tum, neque virorum quorundam illustrium notitiam effugit, quod si occasio fortè in-
 terveniret sermonis alieni inter colloquendum repetendi, ea facultate præditum fuisse,
 ut novis subinde & melioribus vestibus inductum proferret; adeò ut Auctor ipse ser-
 monem proprium ornatu cultiorem cerneret, sensu autem & materia minimè mul-
 ctatum, ac si formulis bonis uti, res esset ei à natura indita. Id quod in carminibus com-
 ponendis de se cecinit Ovidius:

Et quod tenebam scribere, versus eras.

In Officiis suis Quotiescunque ex Officio premebatur Reum aliquem peragere (quod muneris Re-
qualem se ges- giæ Majestatis Consilio Docto incumbere) sive in Criminalibus sive in Capitalibus,
serit. nunquam se superbum, aut fastuosum, versus delinquentem præbuit, sed semper
 lenem & decenti temperie affectum: & quanquam sciebat ex Munere suo esse pro
 parte Regis crimen adversus reum, pro vitili sua urgere & aggravare, ita tamen se
 gessit, ut severitatis oculo Exemplum, Misericordiæ personam intueretur. In nego-
 tiis autem status, quando in sanctius Regis consilium ascitus fuit, optimum consu-
Negotia status lendi modum tenuit, non implicando Dominum suum in consiliis aliquibus temera-
quomodo tra- riis, aut populo gravioribus, sed temperatis & æqualibus: Jacobo Rege hoc eum testi-
clarit. monio ornante, *Illum viam calluisse negotia ejus tractandi suavitibus modis*; atque id Ma-
 jestati suæ maximè cordi fuisse, pronunciavit.

Apud subditos Neque verò (cum Occasio tulerat) minus gratiofus apud *subditos Regni* fuit, quàm
Regni a quo apud ipsam Regem. Comitibus Parliamentariis inferioris Confessus, dum in ea Domo se-
gratiofus fuit dit, pergratus semper fuit, in qua sæpe petoravit, non sine magno applausu. Post-
ac apud Regem. quam ad munus Attornati Generalis evectus fuisset, & ad locum in Parlamento electus,
 libertas inter ipsos consultandi communi suffragio ei concessa est, quæ aliis Attornatis
 Generalibus minimè indulta.

A quo servi Sicut autem erga *Herum* laudem *servi boni* laudem reportavit (siquidem ipso asserente
boni laudem te, in annorum novendecim administratione in reprehensionem Regis propter ali-
reportavit. quam offensam in Majestatem Regiam, immediatè admissam nunquam incurerat) ita
 erga servos proprios Heri boni nomen obtinuit & servitia eorum diuturna præclatis offi-
 ciis, cum in potestatem suam devenerunt, gratis compensavit. Quæ res in causa fuit,
 cur tot melioris notæ juvenes de claris familiis oriundos, in numerum Affectarum suo-
 rum recipere precibus penè fatigatus sit. Quod si eorum aliqui gratia & favore ejus, per-
 peram usi sunt, id solummodo errori bonitatis suæ nativæ, eorum autem perpetuæ infa-
 miæ & intemperantiæ, tribuendum est. Heros iste *Divini Numinis* cultor fuit.

A quo vero Quamvis enim viris Politicis & ingenii præaltis, Atheismi notam inurere vulgo inole-
proprie boni verit, ille tamen Deum & agnovit & coluit. Id quod ex variis testimoniis, per filium
Heri. operum suorum sparsis, liquidissimè apparet. Alias enim principia propria destruxif-
 set & evertisset; quæ fuerunt, *Philosophiam primoribus tantum labiis degustatam, à Deo ab-*
Divini Numi- ducere, ut pote *qua causas secundas ultra debitum magnificeret: Philosophiam autem plenè*
nis fuit Cultor. haustam, ad Deum densè reducere. Illum autem *Philosophum profundum* extitisse, nemo
 opinor, est qui neget. Interelle frequenter solebat (cum per valetudinem liceeret) divi-
 nis officiis sive privatim, sive publicè celebratis, concionibus audiendis, Sacræ
 Eucharistiæ participandæ & tandem in fide vera placidè obdormivit. Hoc pro certo
 ponent;

Eius de Philo- sicut autem viris Politicis & ingenii præaltis, Atheismi notam inurere vulgo inole-
sophiam indicit. verit, ille tamen Deum & agnovit & coluit. Id quod ex variis testimoniis, per filium
Philosophus operum suorum sparsis, liquidissimè apparet. Alias enim principia propria destruxif-
qualis ipse set & evertisset; quæ fuerunt, *Philosophiam primoribus tantum labiis degustatam, à Deo ab-*
fuerit. ducere, ut pote *qua causas secundas ultra debitum magnificeret: Philosophiam autem plenè*
Officiis divinis haustam, ad Deum densè reducere. Illum autem *Philosophum profundum* extitisse, nemo
frequenter in- opinor, est qui neget. Interelle frequenter solebat (cum per valetudinem liceeret) divi-
terit. nis officiis sive privatim, sive publicè celebratis, concionibus audiendis, Sacræ
 Eucharistiæ participandæ & tandem in fide vera placidè obdormivit. Hoc pro certo
 ponent;

AUCTORIS VITA.

ponendum est, eum *Malevolentia* omnis penitus expertem fuisse, quam (ut ipse *Malevolentia* dixerat) neque pariturvit, neque pavit. De *injuriarum vindicta* ne cogitavit qui-
dem; ad quam, si ita animo affectus fuisset, & opportunitate & potestate armatus
fuit. *Deturbator Officiariorum à muneribus adeptis*, nequiquam fuit, ac si exitio & ruina
aliorum se impinguallet. *Calumniator* apud Principem non cluit. Die quodam cum
quidam è Ministris status primariis, nequiquam ei favens, nuper defunctus fuisset,
Rex eum percontatus est: *Quid de Domino illo, jam satis functo, sentiret?* respondit:
Ejusmodi eum fuisse, qui Majestatis sua res nunquam promovisset, aut auctiores fecisset,
Verum à præcipitio & declinatione servare, haud dubie sategisset. Neque enim durio-
rem de eo sententiam profertre voluit. Quæ quidem non inter *Virtutes illius Morales* sed *Chri-*
stianas numeranda.

Nomen ejus magis foris & apud *Exteros* quàm *Domi* & inter populares suos cele-
bratum est & inclaudit: veluti id quod Oraculo illi Divino etiam subjicitur: *Non est*
Propheta sine honore, nisi in Patria sua, & domo sua. In qua re, paucula quædam
ex Epistola, ex Italia (Ingeniorum politorum Apotheca) ad Comitem Devoniensem
missa, excerpta sunt, quæ sic se habuerunt: *Deliberationes novas Domini Cancellarij*
Baconi, nec non Historiam ejus & quidquid aliud jam molitur, ingenti cum animi ardore
Aspetabo. Speciatim autem in Historia sua opus perfectum & limatum, mihi spondeo, præ-
sertim in Henrici septimi rebus gestis; in quibus enarrandis, acuminis sui divini talentum
exercere licebit. Dominus iste indies in majus innotescit, & opera ejus magis magisque apud
nos in deliciis habentur, atque y, qui in rebus humanis ultra vulgare sapiunt, eum inter
ingenia seculi hujus capacissima, & celsissima reputant. Et si revera est. Jam fama ejus
diuturnitate non deflorescit, sed potius augefcit. Librorum ejus plurimi alias linguas,
tam etuditas, quam modernas, & pridem & nuper callere edocti sunt ab illarum
Nationum indignis. Viri primarij aliquot, dum adhuc in vivis fuit, nullam aliam
ob causam in Angliam transfretarunt, quam ut eum conspicerent, & cum eo coram lo-
quendi opportunitate caperent: quorum unum pictura sua à capite ad pedes usque
delineata in Galliam secum portanda donavit, quam hospes ille tanquam rem gratissi-
mam Conterraneis suis futuram fallus est, ut ita Imagine Personæ non secus ac Imagi-
nibus Cerebræ (libris nimirum) potirentur. Inter ceteras Marchio Fiatus Nobilis Gal-
lus, qui Legatus in Angliam venerat anno primo Marie Regina, Caroli Regis Nupta,
ingenti animi ardore eum invisendi captus est. Ad quam rem opportunitatem nactus,
& cubiculum ingressus præ infirmitate in lectulo decumbentis, stylo aliquantum gran-
diore eum adortus est, Dominationem suam sibi semper Angelis similem fuisse, de
quibus multa ad illius aures pervenerunt, & in libris similiter lectitavit, sed eos nunquam
coram conspiciere concessus fuit. A quo congressu tanta inter eos Amicitia juncta fuit,
& Marchio eum tanta reverentia prosequutus est, ut præter visitationes crebras, literæ
invicem sub nominibus & titulis Patris & Filij intercesserint. Quod ad salutationes in-
numeras per Epistolas ab exterarum Nationum Viris primariis, sapientiarum aut bonarum
Artium studio deditis, missas, nihil hic addendum, cum res sit melioris notæ hominibus
cum eo communis.

Cum autem de *Fama* ejus hæc disseritur, intelligendam ac si in stylo non exclu-
sivo, sed comparativo hæc scripta essent: *Fama* enim ejus, etiam apud *Angelos* suos
non flaccida aut enervis, sed *virida* & *vegeta* est, præcipue apud eos qui ingenio acu-
tiore & sublimiore, eminent. Cujus rei *Testimonia* duo tantum inferere libet & non
plura. Prius est, cum Historia Regni Henrici Septimi jam prelo matura esset, *Fulconi*
Baroni Brooko à Jacobo Rege perlegendatradita est. Is cum totam absolvisset, hoc E-
pistolo ad Authorem remisit: *Commendatum me habeas Dominationi sua, & exora eum, ut*
de papyro & atramento bono comparando curam suscipiat: opus enim ipsum supereminet. Alte-
rum Doctoris Samuelis Collini, in inclyta Academia Cantabrigiensi olim & Theologiæ
Professoris Regij & Collegij Regalis Præpositi, viri minime vulgaris ingenij, qui ipse (sive
festivè sive serio) affirmavit, Quod postquam librum de profectu scientiarum perlegisset, eo se
adactum putaverit, ut studia sua de integro renovare necesse fuerit, & quod Oleum & Operum
antea impensam perdidit.

Esflagitatum à nonnullis est, ut de *Diatæ* ejus & *Regimine Valetudinis* quædam in-
sererentur, eo quod, propter universalem ejus in rebus naturalibus cognitionem, poterit
fortasse quibusdam exemplo suo præire. Quod ad *Diatam* plena potius & liberali usus
est, prout stomachus ferebat, quàm tenui aut parca, quàm etiam in Historia vitæ & mor-
tis alicubi collaudavit. Etate juniore, cibis delicatioribus & levioribus, veluti carnibus
volatilium & hujusmodi, præcipue vescabatur, sed experientia edoctus, Carnes fortiores,
quales in macello veneunt, potius probavit, utpote quæ succos corporis magis firmos &
solidos, & (ut ipsius verbis utar) minus dissipabiles progengerent, ex quibus solis sæpe-
numero vescabatur, licet mensa ejus ferculis aliis non destitueretur. Persuasum tibi ha-
beas, illud nullatenus ipsum neglexisse, quod in scriptis suis toties decantatum reperies,
usum nimirum crebrum *Nitri*, cujus quidem Grana circiter tria quotidie in jusculo tenui
& tepido, per triginta ad minus annos immediate mortem ejus antecedentes, manè
sumpsit, Quantum ad Medicinam, verum est: *Medicè eum vixisse, sed non miserè.* Siquidem
Rhabar-

expers,
Injuriarum
immemor,
Aliorum rui-
na se non im-
pinguavit.
Nec Calum-
niator extitit.

Nominis cele-
britas apud
exteros,
Italia ingenio-
rum politorum
Apotheca.

Exteriorum eum
videndi & in-
visendi cupi-
ditas,

Marchio Fiatus
Nob. Gallus.

Epistolarum
commercium

Fama ejus a-
puud Anglos
quàm virida.

Fulco Baro
Brookus Ang-
lus quid sen-
serit de Bacono,
Item Samuel
Collinus isidem
Anglus.

Diatæ & Regi-
mæ Valetudinis.

Carnes fortio-
res probavit.

Nitro crebro
usus.
Medicè vixit,
sed non miserè.

AUCTORIS VITA.

Rhabarbari seſquidrachmam, & non amplius, in haſtu cereviſiæ & vini albi ſimul commixtarum ad ſpatium ſe mihoræ infuſi & macerati (ſex aut ſeptem diebus interjectis) continuo ſumpſit : idque paulo ante cibum, (ſive prandium, ſive cœnam) quominus corpus deſiccaret, quod, ſicut ipſe aſſeruit, humores excrementitios corporis ſæpius aſportaret, ſpiritus autem exhalarè non provocaret, ſicut ſudores repetiti faciunt. Jam tantulum medicinæ ſumere, miſerum non fuit, aliis autem medicamentis (quidquid vulgo actatum) non omnino aſſuevit: *Remedium adverſus podagram*, cuius ipſe Auctor fuit, quodque intra ſpatium horarum duarum, ſæpius experto, dolorem lenivit, extat in fine Hiſtorizæ Univerſalis.

Veriſimile eſt Lunam in Themate ejus Natalitio præcipuum aliquem locum, veluti in Horoſcopo aut Medio Cœli tenuiſſe. Quoties enim Luna deſecit, aut Eclipſin paſſa eſt, repentino animi deliquo correptus fuit, idque etiam, ſi nullam deſectionis Lunaris notitiam præviam habuiſſet. Quamprimùm autem Luna lumini priori reſtituta fuiſſet, conſeſtim reſocillatus eſt, & convaluit.

*Dies & Annus
Obitus.*

Annos vixit

66.

Cauſa Moris.

*Locus ſepul-
tura.*

Monumentum.

*Obſtrectationes
in Baconum.
Remotio ab
officiis.*

*Sera Jacobi
Regis pœnitentia
& ejus de
Bacono ju-
dicium.*

*Eadem illi rei
familiaris con-
ſtantia, qua
olim.
Elogium ul-
timum.*

Obiit 9. die Aprilis, anno M.DC.XXVI, ſummo mane illius diei qui in Feſtum Reſurrectionis Dominicæ illuxit. *Ætatis ſexageſimo ſexto*, apud ædes Comitum Arandellæ in villa de Hgh. Gate prope Londinum, ad quem locum, animi reſcindi, non commorandi gratia ante dies octo caſu devenit, Deo ſic ordinante ut illic animam eſſaret, è febrilenti unâ cum catharro vehemente, unde humor adeo copioſè ad pectus ejus deſluxit, ut per ſuffocationem extinctus ſit. *Sepultus* autem eſt in *Eccleſia Sancti Michaelis* ſano Sancti Albani vicina, loco ſupremis tabulis ſepulturæ ſuæ deſtinato: tum quia Matris ejus corpus in eadem Eccleſia humatum recumbebat, tum quia Eccleſia illa ex urbis vetuſtæ Verulamij ruderibus hodie ſola ſuperſtes eſt. Ibidem Monumentum è Marmore candido in memoriam illius extructum eſt, cura & gratitudine Thomæ Meuteſij, Equitis Aurati & Adminiſtratoris ultimi ipſius Teſtamenti, Baconio quondam à ſecretis, poſtea Conſilij Regis ſanctioris ſub Regibus duobus Clerici, exhibens effigiem ſuam in Cathedra, ſedentis & ſtudio incumbentis, unâ cum Epitaphio, quod lectiſſimus ille & nitidioris ingenij, nec non Equeſtris Dignitatis Vir, Henricus Wottonus, Amoris & Admirationis ergo composuit.

Quamvis autem Corpus quod depoſuit, Mortale fuerit, Libri tamen ejus & Memoria haud dubiè perennes erunt, neque prius fatiſ ceſſuri, quam Orbis terrarum machina diſſolvatur. Fuere quidem qui nomini tanti Herois variis *obſtrectationibus* notam inurere tentare ſed fruſtra conati ſunt. Licet enim à Rege & Parlamenti Conſilio officiis ſuis remotus fuerit, id alia, niſi Invidia procurante, cauſa factum non eſt, ipſo ſemet illo ſcripturæ dicto conſolante: *Nihil eſt Novi!* Quin hoc ipſo eadem illum fortuna manſit, quæ Ciceronem apud Octavianum, Calliſthenem apud Alexandrum, Senecam apud Neronem, quos vel relegatos, vel occiſos, vel Leonibus objectos hiſtorizæ prodiderunt. Quicquid illorum ſit, cum tanti Viri ſupra omnem fortunam ſint & plerumque Dominos ſera ejuſmodi factorum maneat pœnitentia, novimus etiam Jacobum effatum fuiſſe, negotio aliquando difficili & intricato ſe offerente: *Utinam Baconus, meus olim Cancellarius, mihi ſuperreſſet, quàm facile hinc me expedire vellem.* Neque eſt, quod ullam ei poſt remotionem, *familiaris rei tenuitatem*, quis objicere velit. Conſtat enim, poſt hanc, nihil quicquam horum, quæ ad ſtatus magnificentiam feciſſent, illi deſuiſſe, ſed ita nihilominus vixiſſe, ut Jovi ipſi de felicitate controverſiam facere velle viſus fuerit, *Virtutis omnis, Pietatis, Humanitatis, Patientia* inprimis *Exemplum maxime memorabile.*